Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

MARIENBIBLIOTHEK HALLE A/S.

Kem 86
(1-54; a-g)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

DESIGNATIO LABORVM

QVIBVS

PER SEMESTRE AESTIVVM

OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO-RECTORE MAGNIFICO

CHRISTIANO WOLFIO

REGI BORVSSIAE A SANCTIORIBVS CONSILIIS ACADEMIAE PROCANCELLARIO IVRIS NATVRAE AC GENTIVM VT ET MATHESEOS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO PROFESSORE PETROPOLITANO HONORARIO ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISINAE SOCIETATVMQVE REGIARVM BRITANNICAE AC BORVSSICAE MEMBRO.

ADMONITIO AD B. L.

Non priuato auſu, ſed auguſtali libello non ita pridem iuſſi, ex ordine exhibemus patrum huius academiæ nomina, qui cuique in conſeſſu profeſſorum ordinariorum adſignatus eſt: quæ lex eadem in poſterum obſeruabitur.

Lectiones Pro-Rectoris, Cancellarii, Directoris & Senioris.

CHRISTIANVS WOLFIVS, p. t. Pro-Rector, Hor. IX. mat. & III. pom. interpretabitur *Ius Naturæ & Gentium* duce *Grotio* in præclato Opere de Iure Belli & Pacis. Hor. VIII. mat. *Politicam*. Hor. IV. pomer. *Matheſeos theoreticæ* Elementa, Arithmeticæ ſcilicet, Geometriæ & Trigonometriæ. Quodſi quidam fuerint, qui *Algebram* addiſcere velint, ii nomina ſua profiteri poſſunt, vt de hora commoda ex omnium votis ſtatuatur.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG *hora XI* IVS PVBLICVM *Germanici imperii* docebo, non ex inani interpretum autoritate: ſed ut *leges* & *inſtituta* Germaniae requirunt reſtituuntque patriam patriae poſtliminio. STRVVIVS, quem uobis commendo, in curiis imperii hodie regnare incipit inter rerum imperii gnaros adminiſtros; quod nihil doceat, niſi idoneis ſtabilita plenae fidei monumentis. Dimidii ſeculi ſpatio ſtudui egomet, prodeſſe & ſcholis & curiis, in hac iurisprudentiae parte. Pabulum eſt animi mei, in tanta ſenectute; ut uideam, fractum a me iter plures ſequi, illos inprimis, qui iura patriae non tractant obiter. Iniurius eſſem in PROVIDENTIAM DIVINAM; niſi agnoſcerem illius in me indulgentiam ſingularem. Nil mihi unquam defuit ad proficiendum. SCHOLA otium indulſit; PRINCEPS aperuit tabularia & archiua; ADMINISTRI principis publicarum cauſarum, quas iuſſus reſpondi, fecere copiam; unde iurium in tribunalibus imperii cognitus mihi uſus; LITTERARIA his acceſſit SVPELLEX, inſtructa ſat, ad hanc ſpartam, rite exornandam; SOLERTIA, *labor*, *adſiduitas* excitarunt ad uigilias, oleum & operas, quibus peperci nullo unquam tempore. Ceterum cum urgeat bibliopola & ſingularium *iuris publici* & *feudorum imperii Germanici* continuationem: explebo in utroque ſpem, hoc, ſi DEVS uires ſeruauerit, ſemeſtri. Interea neque illis deero *hora III.* pomeridiana, in HISTORIA GERMANICI IMPERII *(der Reichs-Hiſtorie)* eodem STRVVIO interprete; qui, utili & laudabili conſilio, illam coniunxerint cum *iure publico*. Vt, uno hoc *ſemeſtri*, tam in *rerum euentis*, rite expenſis, proficiant; quam in *iuris publici prudentia*. *Hora IX. publice* in CAPITVLATIONEM commentabor *nouiſſimam:* ſedulo operam daturus; ut intelligant auditores; nil hic actum conuentumque, quod non reſpondeat *formulae Germanici imperii*, nouem ſeculorum ſpatio Germanis uſitatae. Vt abſit illa ab omni nouitate, inuiſa patriae libertati.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. horis conſuetis denuo ſcholas *ad Digeſta* auſpicabitur, ſedulo ea quæ iuris Romani & Germanici ſunt, diſtincturus, atque hora IX. *iuris feudalis* interpretationem, duce STRVVIO, addet, nec non publice in enucleando *iure cambiali*, finitis feriis nundinalibus, perget.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiæ Senior. Equidem per dimidiam ſemeſtris præreriti partem meo docentis munere pro viribus functus ſum, donec tandem aduerſæ aeris tempeſtates aliquam ſenilis corporis rationem mihi habendam ſuadebant. Quum vero mitior cæli clementia nunc proxime adfulgeat, animique vires, Deo ſint grates, ita mihi adhuc conſtent, vt conſilio & ope aliis inſeruire valeam; conſtitui mecum, per hoc, quod inſtat, ſemeſtre æſtivum, in collegio caſuali clinico prouectiores medicinæ ſtudioſos ſpecialem medendi methodum, cum bonis ægrorum rebus aliquando ſuſcipiendam, omni fide ac ſollertia docere, ideo quod inſignem huius laboris fructum per longam annorum ſeriem non ſine magna animi voluptate obſeruare mihi licuit. Huic labori deſtinatas horas e valuis publicis ſignificabo.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS LANGE, præter lectiones dogmaticas, easque publicas, hora X. habendas, priuatim hora VIII. matutina theologiam moralem tractabit, vti hanc, ita etiam iſtas, ad ductum vtriusque Oeconomicæ, vſu homiletico, qui inde reſultat, oſtenſo: hora vero IV. pomeridiana

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

ridiana epiſtolas Pauli ad Timotheum interpretabitur, diebus dominicis hora IV. in lectionibus aſceticis epiſtolam ad Titum explicatam adplicaturus.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, præter conſuetas prælectiones paræneticas & exegetico-aſceticas in poſteriorem ad Corinthios, vtramque epiſtolam ad Theſſalonicenſes hac æſtate interpretabitur H. IX. matutina.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS *publice* hora II. tribus per hebdomadam diebus Hermeneuticam ſacram, duce Ven. D. LANGIO, docebit. *Priuatim* hora VII. matutina Eſaiam & Ieremiam; hora vero IX. Acta Apoſtolica, cum epiſtolis Pauli ad Rom. & Corinth. ex fontibus Ebræis & Græcis ſummariter illuſtrabit.

SIGISM. IAC. Baumgarten *publice* euangelium Ioannis interpretabitur horis aſceticis & diſputationes dogmaticas continuabit; *priuatas* ſcholas aperiet *dogmaticas* h. VIII, *antitheticas* hac æſtate finiendas h. XI, *exegeticas* in epiſt. ad *hebræos* h. IIII, & *morales* h. VI; *priuatiſſimas* alio tempore ſignificabit.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ *publice* H. III. in *Collegio Iſagogico* methodum & ſubſidia ad quamuis Theologiæ partem edocebit. H. I. *die mercurii* in *diſputatorio* perget. *Priuatim* H. IX. *Epiſt. I. ad Corinthios* exegetica tractatione explanabit. H. V. *Collegium fundamentale dogmaticum* in Vener. D. LANGII Epitomen Iſagogicam habebit. *Diſputationes* etiam *publicas de fide in Ieſum Chriſtum* continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG *publice Pſalmos* ex fonte Hebræo explanabit hora IX. priorum trium dierum. Præterea eadem hora, tribus poſterioribus hebdomadis diebus, *Hiſtoriam eccleſiaſticam* Noui Teſtamenti pertractabit; exercitationes quoque continuaturus antiiudaicas.

IO. GEORG. KNAPP h. 11--12. *prophetarum vaticinia* illuſtrabit, h. 5--6. *in hiſtoria recentiori N. T.* narranda perget, eamque hac æſtate abſoluet. Selectos etiam auditores *in diſputando* porro exercebit, & *colloquium biblicum* diebus Veneris h. 6--7. veſpertina continuabit.

IVRIDICAE.

SIMON PETR. GASSER, ICt. *publice* hora IV. pom. *Oeconomico Cameralia* tractabit ſecundum ſuam *Introductionem*, *priuatim* hora X. & II. pom. ad *Pandectas Ludouicianas* denuo commentabitur, vt & hora III. ad ſuas *Poſitiones practicas*, cum oeconomico in Orphanotropheo habendas, quod vltimum Collegium ſemper eſt *practico-elaboratorium*. Initium erit finitis nundin. Lipſienſ. d. 30. April.

D. IAC. GABR. WOLF, in eo eſt, vt ſectionem primam partis ſpecialis *iurisprudentiæ ſuæ naturalis ac gentium* ante nundinas Lipſienſes *doctrinis publicis* A. S. N. abſoluat; quibus nundinis finitis, *ſectionem alteram*, eamque vltimam, (quæ *iurisprudentiam publicam vniuerſalem* complectitur, *iura*que non ſolum, ſed & *officia*, tum ſummorum Imperantium, tum ſubiectorum, ſeruato per omnia capita iuris ac virtutis excellentioris diſcrimine curatori, exponit,) d. XXX. menſis Aprilis hora VII. matutina auſpicabitur; ac præterea eodem die *priuatas* quoque *prælectiones* nouas: 1) ad eandem ſuam *iurisprudentiam naturalem ac gentium*, integram, hora VIII; 2) ad *elementa iuris ciuilis* HEINECCIANA, ſecundum ordinem *inſtitutionum* adornata, hora IX; doctrinam pandectarum in proximum ſemeſtre dilaturus; 3) ad V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici Imperii R. G.* hora XI; & denique 4) ad ſua ipſius *elementa iuris feudorum, tum prouincialium, tum Imperialium*, (quæ anno proxime præterlapſo e bibliopolio Orphanotrophei in lucem prodiere publicam;) hora III pomeridiana.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE interpretabitur B. HEINECCII *Elementa Inſtitutionum* Hor. XI. *Pandectas Ludouicianas* Hor. X. & II. & STRVVII *Iurisprudentiam Feudalem* Hor. III. Aperiet quoque *Collegium practicum elaboratorium* Hor. IX. ad ductum der Gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß ſimulque Elementa *artis relatoriæ* tradet. Facturus initium finitis nundinis Lipſienſibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE ſcholas conſuetas ad *Inſtitutiones Iuſtinianeas*, STRVVII *Iurisprudent. R. G. forenſem*, LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* aperiet. De horis hiſce Collegiis impendendis ex valuis publicis DNN. AVDITORES admonebit, initium, *Deo propitio*, facturus *d. 30. April.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per inſtans ſemeſtre explicabit hora VIII. Ius *criminale*, hora IX. Ius *Naturae* & *Gentium* ad ductum compendii HEINECCIANI, hora X. & II de *Pandectas* Dn. PARENTIS, hora XI. B. HEINECCII Elementa *Inſtitutionum*. Horam IIItiam pomeridianam vero dicabit lectionibus *priuatiſſimis*.

MARTINVS SCHMEIZEL, de *publicis* laboribus, infra ſuo loco dicet; *Priuatim* occupabitur in doctrinis *Iuris publici*, ad ductum MASCOVII, viri celeberrimi; Peculiari hora commentabitur ad *Capitulationem Nouiſſimam*, cum Leopoldina, Ioſephina & Carolina, harmonice illuſtrandam; Porro *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ*, vt præcipuam Imperii Legem fundamentalem interpretabitur, præeunte B. HOFFMANNO V. C. *in Analyſi Pacis Weſtphalicæ*, Horas & initium in ſingulis, loco & tempore conſueto indicaturus.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. Ord. Hora IX. *Hiſtoriam Nouiſſimam*, cumprimis noſtri Imperii, & quidem a Temporibus Imper. *Maximiliani I.* vsque ad præſens luſtrum explicabit, quibus curis Dilucidationem *Capitulationis* iam electi Imperatoris, vti & Notitiam *Genealogicam* familiarum noſtri Imperii illuſtrium adiiciet. Hora X. *Ius Feudale* ex *Introductione* ſua, explicabit, ea ſcilicet methodo, quæ in hoc opuſculo apparet. Hor. XI. ex STRVVIO authenticam *noſtri Imperii Hiſtoriam*, & quidem ex quibusuis genuinis fontibus dilucidatam dabit. Hor. I. pom. diebus *Lunæ, Martis, Iouis*, & *Veneris* Ius *Militare* ex Introductione *Ludouiciana* explicabit. Hor. III. duce MASCOVIO *Ius* noſtri Imperii *Publicum* ex Hiſtoria, & actis Publicis authentica methodo dilucidatum dabit. Hor. IV. prælucente PVFENDORFIO, *Hiſtoriam Vniuerſalem* totius mundi, & quidem Regnorum tam emortuorum, quam quæ ad huc viuunt, & reuiuiſcere incœperunt practice enucleabit. Initium harum Curarum fiet finitis nundinis Lipſienſ.

IO. TOBIAS CARRACH *priuatim* 1) commentabitur ad ILL. DN. BOEHMERI *Inſtitutiones Iuris Canonici* hora VIII. matut. 2) *Ius Naturæ & Gentium* ad B. HEINECCII *Elementa* hora IX. tradet: & 3) ad EIVSDEM *Elementa Iuris Ciuilis ordine Inſtitutionum* exponet *differentias Romani & Germanici Iuris* hor. XI. Denuo quoque 4) EIVSDEM *Pandectas* auſpicabitur *eadem methodo genuina praxi* imprimis inſeruiente abſoluendas hor. X. iunct. II. Præterea 5) commentabitur ad STRVVII *Iurisprud. Feudalem* hor. III. Addet 6) collegium *Proceſſuale elaboratorium* hor. VII. matut. atque 7) rogantibus præſtabit *collegium elaboratorium ad Proceſſum Criminalem*; hora conſenſu communi erit determinanda. Initium lectiones capient finitis nundinis Lipſienſib.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *Publicis* Lectionibus continuabit Pathologico-Practica explicatione Caſus fortuitos & tragicos. *Priuato* ſtudio b. c. D. inchoabit Collegium Phyſiologicum, Pathologicum, & Practicum: nec non tractationem Iurisprudentiæ Medicæ. Vlteriori autem continuatione proſequetur Therapiam generalem, & Materiæ Medicæ commendationem.

I. IVNCKER, alteram chirurgiæ partem, quæ de vlceribus agit, *publice* exponet: *priuatim* autem hora decima medicinæ fundamenta phyſiologico-pathologica docebit, & hora vndecima therapiam ſpecialem continuabit. Præter ea *priuatiſſime* prouectiores in praxi clinica conſueto tempore exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE in gratiam eorum, qui omnes medicinæ partes vno nexu percipere cupiunt, *inſtitutionum medicarum ſciagraphiam* a b. IO. MAVR. HOFFMANNO elaboratam explicabit. *Materiam* deinde *medicam* pertractabit, & *botanicam* tradet; forte etiam *chemiam*.

FRIDERICVS HOFFMANNVS. Publice hoc ſemeſtri ad finem perducto collegio diætetico ſeu hygeine, ad tertiam ordine medicinæ partem pathologiam nempe, quæ agit de morbis eorumque differentiis & cauſſis tranſitum faciam. Priuatim collegium chymicum aperire conſtitui, in quo non modo ſuccinctam & ſolidam huius artis theoriam proponam ſed & proceſſus chymicos medico ſcitu neceſſarios inſtituam. Initium harum lectionum erit finitis inſtantibus nundinis Lipſienſibus. Horas his collegiis deſtinatas e valuis publicis ſuo tempore indicabo.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, finitis demonſtrationibus anatomicis, *priuatim* hora VIII. matut. duce PETRO DIONISIO de *generatione hominum*, tradet fundamenta artis obſtetriciæ, quibus deinde *adfectus mulierum* & *infantum* ſubiunget. Hora II. ad III. repetet *demonſtrationes oſteologicas*. *Publice* vero diebus merc. & ſaturni hora X. ad XI. ad ILLVSTRIS HOFFMANNI *ideam fundamentalem vniuerſæ medicinæ* commentabitur.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS præter lectiones Theologicas ſupra indicatas, *priuatim* hora X. ſcholas Syriacas priore ſemeſtris æſtivi parte, poſteriore vero Arabicas aperiet.

MICHAEL ALBERTI. Phyſicam doctrinam *de Igne* uſibus generalibus, ut & Chymicis & Medicis reſpondentem *publica* explicatione tradet.

IO. IOACHIMVS LANGE, Matth. P. P. O. publice h. VII VIII. matutina *Matheſin puram*, h. e. Matheſin vniuerſalem, Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam planam, præmiſſa introductione de Methodo mathematica, præleget. Priuatim h. VIII. *Analyſin infinitorum* enodabit. Præmittet vero eidem Analyſi finitorum doctrinas de extractione radicum ex æquationibus altioribus, de locis geometricis & conſtructione æquationum ſuperiorum. *Geometriam practicam* diebus ſaturni horis pomeridianis in Auditorio docebit in campo exercebit. *Phyſicam dogmatico-experimentalem* h. I. ad ductum *Elementorum* ſuorum *Philoſophiæ naturalis* exponet, vt dogmata in nexu propoſita perpetuis confirmentur experimentis. Eadem methodo h. II. alteram philoſophiæ naturalis partem, *Chemiam* ita tractabit vt ex connubio doctrinarum & operationum ſolida Chemiæ theoreticæ & practicæ fundamenta pateant. *Hiſtoriam naturalem ſpecialiſſimam* trium regnorum, mineralis, vegetabilis, animalis, præeunte LINNÆO in *ſyſtemate naturæ* explicabit, obſeruationes addendo & naturalia ex muſæo domeſtico oſtendendo h. VI. VII. veſpertina.

MARTINVS SCHMEIZEL *publicos* in *Hiſtoria eruditionis vniuerſæ* illuſtranda, labores, ſedulo continuabit; *Priuatas* operas deſtinabit *Geographiæ*; *Hiſtoriæ Iuris Rom. Civ. & Canonici*, ad ductum theſium typis exſcriptarum; *Hoſtoriæ* item *Vniuerſali*, ac *Germanicæ* particulari; Nec illis deerit, qui *Hiſtoriam Eccleſiaſticam, in vſum præciſe ſtudioſorum iuris adornatam* poſtulant, & quidem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

dem ad ſeriem theſium publicæ luci exponendarum; Duas inſuper hebdomatim horas, *Heraldicis amoenitatibus* tribuet. Initium & horæ, tempore debito ſignificabuntur.

D. IO. HENR. SCHVLZE publice explicabit *antiquitates Græcas ciuiles*, poſtquam ſuperiori anno de ſacris ad ductum elegantiſſimi compendii a LAMBERTO BOS conſcripti, expoſuit. Si qui priuatas inſtitutiones ſtili, aut priuatiſſimas deſiderauint, vel antiquitates explicari ſibi velint, inuenient ipſum ſemper votis ſuis facilem & obſequentem.

DANIEL STRÆHLER 1) *Logicam* ſuam denuo exponet 2) *Metaphyſicam* tradet, 3) *Ethicam & Ius Naturæ* iterum explicabit, 4) *Politicam* docebit 5) *Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam* illuſtrabit, nec deerit *lectiones curſorias* in *vniuerſam Philoſophiam* deſiderantibus.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG, Deo propitio ab XI-XII. tradet *Hiſtoriam Imperii Germanici*, STRVVIO duce, ita quidem, vt ſtatus publici Germanici mutationes ac viciſſitudines in Politicis pariter atque Eccleſiaſticis ſolide ac perſpicue repræſentet, ſicque veram rationem legum imperii fundamentalium atque obſeruantiæ imperialis, des Reichs-Herkommens, vbique manifeſtam reddat, coniunget certiſſimo cum auditorum fructu obſeruationes ſuas Struuianas, editas ſumtibus officinæ Rengerianæ, ſub titulo: Unpartheyiſche Betrachtungen über die wichtigſten Begebenheiten und Veränderungen des teutſchen Reichs- und Kirchen-Staats: a III-IV. docebit *hiſtoriam Vniuerſalem* florentiſſimorum Europæ Regnorum & rerumpublicarum, in introductionem magni PVFENDORFII, idque aget præcipue, vt ex pragmatica rerum omni æuo geſtarum commemoratione certum naſcatur Iudicium de ſtatus publici Ciuilis, Sacri, Militaris, Oeconomici, in ſingulis regnis conditione atque fundamento, ac præſertim idem rationis ſtatus, qualem in rebus Europæ gentium dominari hodieque, populisque fata diſpenſare videmus: denique votis ac deſideriis Perilluſtrium, Generoſiſſimorum, Nobiliſſimorumque auditorum ſuorum pro virili ſatisfacturus, proponet *Iuris Publici Germanici Prudentiam* ſingulari cum ſtudio atque cura, ea quidem methodo, vt primum omnium principiis in ardua hac ac momentoſa diſciplina ſua conſtet veritas, perſpicuitas, atque euidentia, tum vero eorundem cum maxime oſtendatur vſus & applicatio in ipſa praxi grauiſſimorum imperii negotiorum, eritque ſimul occaſio, noua quædam ac ſingularia addendi, quæ intulit Iuris Publici diſciplinæ recentiſſima Capitulatio Auguſti Imperatoris CAROLI VII. cuius auſpiciis optime merito precatur Germania. Deſtinauit huic inſtituto horam matutinam a IX-X. explicabitque *Principia Iuris Publici Germanici*, quæ in lucem edidit Illuſtris MASCOVIVS, cuius conſilii expeditiſſimam rationem habet, quod eam auctoris ſcit eſſe præſtantiam, qua alios facile vincat, vel intempeſtiva factorum farragine turgentes, in conſpicua Iuris inopia, vel rerum omnium confuſione ac perturbatione interpretis ſollertiam fatigantes, aut pugnantium ſolum ſententiarum diuortiis conducendis negotioſos, vel immodeſtiore in rebus maximis decernendi licentia intolerabiles, vel otioſis ſuperbientes glaucomatibus, fallacium & in praxi imperiali inutilium opinionum. Publice HEINECCII fundamenta cultioris humanitatis illuſtranda ſumet. Initium actionum ſuarum erit finitis nundinis Lipſienſibus, d. XXX. Aprilis.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, *Logicam* docebit hora II-III. Clar. BAVMEISTERO præeunte; hora III-IV. philoſophiam *rationalem & moralem* coniunctim interpretabitur in Elementa B. noſtri HEINECCII; hora IV-V. *Metaphyſicam* tradet, ad ductum theſium ſuarum: Anfangs-Gründe der philoſophiſchen Wiſſenſchaft überhaupt.

IO. HENR. CALLENBERG in Pſalmorum tractatione philologiæ ſimul vſum oſtendet. In aliis etiam philologiæ partibus peculiariter operam expetentibus commodabit.

IO. EHRENFR. ZSCHACKWITZ, Prof. Philoſ. Ordinarius, hor. VII. matut. *Geographiam* methodo Hiſtorico Politica exhibebit, & quidem iis Curis, quas quoad hanc ſcientiam ſemper obſeruauit. Hor. VIII. Duce HEVMANNI *Hiſtoria Literaria*, hæc maxime neceſſaria ſcientia, vti & omnes ſcriptores, & qui floruere, & adhuc florent luculenter apparebunt. Hor. V. Ex HEINECCII opuſculo *Hiſtoriam genuinam* tam *Iuris Romani*, quam *Germanici* explicabit. *Lectiones Publicas* deſtinato tempore indicabit.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS. *Oculorum affectus* continuabit publice d. merc. & ſaturn. hor. X. priuatim vero *Operationes Chirurgicas* cum vtroque apparatu pertractabit hor. III. *Materiam medicam* ad Praxin accommodatam auſpicabitur hor. X. Lectionum initium ex valuis indicabit publicis.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P.P. per inſtans ſemeſtre æſtiuum, *publice*, ab h. VIII. vsque ad VIIII. principia pariter ac exempla *ſtyli Germanici*, præſertim epiſtolici, ſuppeditabit; *priuatim* vero ab h. VIIII. vsque ad X. *artis dicendi* fundamenta ſtruet: ab h. X. vsque ad XI. exercitiis vacabit *epiſtolicis*; h. denique V. *Phædrum*, quoad voces ac doctrinas ſollicite enucleabit. De quibus omnibus loco ac tempore conſuetis plura.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ per inſtans ſemeſtre, bono cum DEO, hora VII-VIII. matut. *ius naturæ ethicum* explicabit, præeunte *Viro Magnifico*, CHRISTIANO WOLFIO, in den vernünftigen Gedancken von der Menſchen Thun und Laſſen. Hora IX-X. *Metaphyſicam* demonſtrabit, *eodem* duce vſurus, in den vernünftigen Gedancken von GOtt, der Welt und der Seele des Menſchen ꝛc. Denique hora III-IV. pomerid. *Logicæ* præcepta tradet, ſecuturus ſolidiſſimum librum *Wolffianum*, cui titulus eſt der vernünftigen Gedancken von den Kräften des menſchlichen Verſtandes ꝛc. Neque iis deerit, qui *diſputatorium exercitium*, quauis hebdomade ſemel inſtituendum, in theſes, ex omni philoſophia depromtas, deſiderarunt.

P.P. die XXV. Martii CIↃ IↃCCXXXXII.

Halæ Magdeburgicæ, litteris HENDELIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10

DESIGNATIO LABORVM

QVIBVS

PER SEMESTRE AESTIVVM

OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO-RECTORE MAGNIFICO

CHRISTIANO WOLFIO

REGI BORVSSIAE A SANCTIORIBVS CONSILIIS ACADEMIAE PRO-CANCELLARIO IVRIS NATVRAE AC GENTIVM VT ET MATHESEOS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO PROFESSORE PETROPOLITANO HONORARIO ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISINAE SOCIETATVMQVE REGIARVM BRITANNICAE AC BORVSSICAE MEMBRO.

ADMONITIO AD B. L.

Non priuato auſu, ſed auguſtali libello non ita pridem iuſſi, ex ordine exhibemus patrum huius academiæ nomina, qui cuique in conſeſſu profeſſorum ordinariorum adſignatus eſt: quæ lex eadem in poſterum obſeruabitur.

Lectiones Pro-Rectoris, Cancellarii, Directoris & Senioris.

CHRISTIANVS WOLFIVS, p. t. Pro-Rector, Hor. IX. mat. & III. pom. interpretabitur *Ius Naturæ & Gentium* duce *Grotio* in præclato Opere de Iure Belli & Pacis. Hor. VIII. mat. *Politicam.* Hor. IV. pomer. *Matheſeos theoreticæ* Elementa, Arithmeticæ ſcilicet, Geometriæ & Trigonometriæ. Quodſi quidam fuerint, qui *Algebram* addiſcere velint, ii nomina ſua profiteri poſſunt, vt de hora commoda ex omnium votis ſtatuatur.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG *hora XI* IVS PVBLICVM *Germanici imperii* docebo, non ex inani interpretum autoritate: ſed ut *leges* & *inſtituta* Germaniae requirunt reſtituuntque patriam patriae poſtliminio. STRVVIVS, quem uobis commendo, in curiis imperii hodie regnare incipit inter rerum imperii gnaros adminiſtros; quod nihil doceat, niſi idoneis ſtabilita plenae fidei monumentis. Dimidii ſeculi ſpatio ſtudui egomet, prodeſſe & ſcholis & curiis, in hac iurisprudentiae parte. Pabulum eſt animi mei, in tanta ſenectute; ut uideam, fractum a me iter plures ſequi, illos inprimis, qui iura patriae non tractant obiter. Iniurius eſſem in PROVIDENTIAM DIVINAM; niſi agnoſcerem illius in me indulgentiam ſingularem. Nil mihi unquam defuit ad proficiendum. SCHOLA otium indulſit; PRINCEPS aperuit tabularia & archiua; ADMINISTRI principis publicarum cauſarum, quas iuſſus reſpondi, fecere copiam; unde iurium in tribunalibus imperii cognitus mihi uſus; LITTERARIA his acceſſit SVPELLEX, inſtructa ſat, ad hanc ſpartam, rite exornandam; SOLERTIA, *labor, adſiduitas* excitarunt ad uigilias, oleum & operas, quibus peperci nullo unquam tempore. Ceterum cum urgeat bibliopola & ſingularium *iuris publici* & *feudorum imperii Germanici* continuationem

uires ſeruauerit, ſemeſtri. Interea neque illis deero

MANICI IMPERII *(der Reichs-Hiſtorie)* eodem STRVV

ſilio, illam coniunxerint cum *iure publico.* Vt, uno hoc

ſis, proficiant; quam in *iuris publici prudentia.* *Hora*

mentabor *nouiſſimam:* ſedulo operam daturus; ut inte

tumque, quod non reſpondeat *formulae Germanici imp*

uſitatae. Vt abſit illa ab omni nouitate, inuiſa patriae

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. ho

ſpicabitur, ſedulo ea quæ iuris Romani & Germanici ſu

dalis interpretationem, duce STRVVIO, addet, nec n

finitis feriis nundinalibus, perget.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiæ Se

præteriti partem meo docentis munere pro viribus fu

tempeſtates aliquam ſenilis corporis rationem mihi hab

cæli clementia nunc proxime adfulgeat, animique vires

vt conſilio & ope aliis inſeruire valeam; conſtitui mec

vum, in collegio caſuali clinico prouectiores medici

dum, cum bonis ægrorum rebus aliquando ſuſcipiend

quod inſignem huius laboris fructum per longam anno

ptate obſeruare mihi licuit. Huic labori deſtinatas ho

LECTIONES THEC

D. IOACHIMVS LANGE, præter lectiones dog

das, priuatim hora VIII. matutina theologiam moralem

ctum vtriusque Oeconomicæ, vſu homiletico, qui inde

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321613740-10